

th. cxxxiii.
lv. cxx.

th. cxxxv.
th. cxxxvi.
lv. cxxvii.

th. cxxxvi.

5

th. cxxxvii.
th. cxxxviii.
lv. cxxviii.

& corde intellegant. & conuertantur & sanentur eos; **U**ri autem
beati oculi quia uident. & aures urae quia audiunt; Amen enim
dico uobis. quia multi prophetae & iusti cupierunt uidere
quae uideatis. & non uiderunt; & audire quae auditis. & non
audierunt; **V**os ergo audite parabolam seminantis; Omnis qui
audit uerbum regni & non intellegit. uenit malus & rapit quod
seminatum est in corde eius; hic est qui secus uiam seminatus est;
Qui autem supra petrosa seminatus est. hic est qui uerbum audit.
& continuo cum gaudio accipit illud; non habet autem in se radicem.
sed est temporalis; facta autem tribulatione & persecutione propter
uerbum. continuo scandalizatur; Qui autem seminatus est in spi
nis. hic est qui uerbum audit. & sollicitudo seculi istius & fallacia
diuiciarum suffocant uerbum. & sine fructu efficitur; Qui uero
in terra bona seminatus est. hic est qui audit uerbum & intellegit.
& fructum adfert; & facit aliud quidem centesimum. aliud autem
sexagesimum. aliud uero tricesimum; **A**liam parabolam pro
posuit illis dicens; Simile factum est regnum caelorum. homini
qui seminauit bonum semen in agro suo; Cum autem dormiret homi
nes. uenit inimicus eius. & super seminauit zizania in medio tritici
& abiit; Cum autem creuissent herbae & fructum fecissent. tunc appa
ruerunt & zizania; Accedentes autem serui patris familiae dixe
runt ei; Dne. nonne bonum semen seminasti in agro tuo. unde
ergo habet zizania. & ait illis; Inimicus homo hoc fecit; serui autem
dixerunt ei; Visimus & colligimus ea. & ait non; ne forte colli
gatis zizania. & radices simul cum eis & triticum; si tunc intratus
crescere usque ad metum. & in tempore messis dicam motoribus;
Colligite primum zizania. & alligate ea fasciculos ad comburendum;
triticum autem congregate in horreum meum; **A**liam parabolam
proposuit eis dicens; Simile est regnum caelorum inquit. inquit
quod accipiens homo. seminauit in agro suo; & dormiuit quidam